

Soboles i: augurato subit ingenua thoro,  
Thorus ut parum pudicus soboli malus odor est.  
Itidem Deo reseruat sacra corpus & animum  
Amor ille coniugalis, pius atq; sacer amor:  
Neq; vota conflagrando sinit illicita sequi.  
Operatur ac precatur: prece terminat operas,  
Elementa sanctitatis meliora quis habeat?  
Timeat quis, & quis equè Dominum prece roget?  
Citiùs proinde summus Superùm genitor eos  
Habet intimos, & audit, sua qui monita colunt:  
Reminiscitur gementum: tolerabileq; facit,  
Inimica si quid agri Satanae manus obicit.

Siquidē ergo Sponsa Sponso pudibunda  $\Theta\iota\lambda\omicron\Theta\iota\lambda\omega$ ,  
Tibi Christiane Christina bonis datur auibus:  
Ideo tibi apprecamur totidem bona thalami,  
Numeroq; plura, vitamq; simul polychroniam.  
Agè gratuletur unā, velut omine proprio,  
Euphemiamq; faustam ferat, hac hilara dies.

Iohannes Sigefridus  
Bornensis.

A 3

ALIVD.